MONUMENTA
GERMANIAE.

Nach der [illegible] Cronica ......
Wenn dieselbe gewesen sein [illegible] A 2a, aber ohne Zus.

f. 3 (p. 5)

a) numeros capitum et paragraphorum addidi.

C. 1.[a] / Noe habuit tres filios, Sem, Cham et Japhet.
Ab illis orte sunt LXXII generaciones seu gentes.
Hinc est, quod Christus misit ad illas LXXII discipulos. Hee generaciones seu gentes LXXII disseminate sunt per orbem et mundum in tribus
partibus, secundum[b] quod mundus est divisus
in tres partes, ita quod Sem cum sua generacione[c] sortitus est[d]
~~generacione~~ Asyam, Cham cum generacione sua
Affricam, Japhet Europam, id est partem mundi
ad aquilonem seu ad plagam septentrionalem,
sortitus est cum septem filiis suis et filiis filiorum, qui fecerunt secundum lapsum temporis
XV generaciones et ~~seu~~ gentes, et a quibus provenerunt gentes et regiones plures, scilicet Ytalici
cum suis regionibus, Germani cum suis regionibus, Gallici cum suis gentibus et regionibus, et cetere gentes, que habitant ad septentrionalem plagam[e]. Illi vero homines[f]
nati de semine Japhet, qui in processu temporum inceperunt habitare in Germania, in
regione illa, quam nunc inhabitant Saxones
et Westphali, inter[g] aquas Albiam[h] et Renum
usque ad mare septentrionale, et quia duri erant
tales homines ad laborandum et bellandum,
ideo Duringi seu Thuringi sunt ab aliis nominati;
et elegerunt sibi inter eos regem et ducem, qui
dicebatur rex Duringorum, cui obediebant. Alii
vero homines de eiusdem Japhet semine, qui
inceperant habitare et victum suum[i] querere circa Renum et ultra usque[k] mare
occidentale, et quia franci, id est feroces, erant[l]
ad bellandum, vocati sunt ab aliis vicinis eorum

b) ita A 2a.b
c) et generaciones alio atramento corr. cum generacione
~~c) scilicet A 2a.b; haec abscisa A1~~
d) sua sort. scilicet gener. A 2a.b

Nota[e], quod Asya dicitur pars orbis australis ab oriente ad meridiem. Affrica dicitur pars orbis australis a meridie ad occidentem. Europa dicitur pars orbis septentrionalis ab oriente ad occidentem.

d) in A 2a.b.
e) haec in textu post septent. plagam (l...) B; des. A 2a.b, sed in A1 a latere textus h. l. quaedam rubris lineis cincta scripta erant, quae abscisa sunt.

f) modo A 2a.b
g) in A 2a.b; haec absc. A1
h) albia B; haec absc. A1

i) sum. A 2a
k) ad add. A 2a.b B.